hominem esse animal. ¶ Contra modu3 describendi magistri arguitur sic dato tali modo sequitur processus in infinitu3 inde scribēdo igitur talis modus est malus patet consequentia ⁊ antecedens probatur ⁊ capio istam ego intelligo sor. que sic describitur ego intelligo aliquid sub ratione sortis ⁊ patet quod ista describens est vlteriꝰ us describenda in infinitum quod probo quia omnis propositio in qua terminus concernens actum mentis determinant in complexum nullo termino mediato precedente est describenda vt patet in textu ⁊ 3 ista est huiusmodi vt patet igitur est describenda. ⁊ sic de alijs arguitur. ¶ Et confirmatur quia ista ego intelligo aliquid sub ratione sortis cum li aliquid perdicta appellet rationem significabit quod ego intelligo aliquid sub ratione aliquid sub ratione sortis ⁊ sic iter in infinitum. ¶ Secundo arguitur sic descripta non conuertitur cum describenda data a magistro igitur talis modus malus patet consequentia ⁊ antecedens probatur quia non sequitur ego intelligo populum. igitur ego intelligo aliquid sub ratione populi quia antecedens est verum vt patet ⁊ consequens falsum cū populus non sit aliquid nec esse possit aut intelligi. ¶ Tertio arguitur sic ista cosequentia non valet scilicet ego scio adequatum significatu3 a propositionis quod scio significari pro a propositionem igitur ego scio a propositionem igitur talis modus malus patet consequentia ⁊ antecedens probatur quia pono quod ipariete sit ista propositio homo est animal ebraice scripta ordine retrogrado secundum eos que sit a ⁊ dicatur mihi a preceptore cui credaz firmiter quod ista significat hominem esse animal ⁊ quod appellatur a tunc in isto casu ego scio adequatum significatum illius propositionis vt patet quod scio adequate significari per. a. propositionem quia credo firmiter quod significetur per. a. ⁊ ita ē quod significatur per. a. ⁊ tamen ego non scio. a. propositionem quod probo quia ego non intelligo terminos illius propositionis immo iste terminus de quo credo quod significet hominem significat animal ⁊ econuerso vt patet ex casu. ¶ Quarto arguitur sic dato isto modo sequitur qō idem est scitum ⁊ dubium consequens falsum ⁊ consequentia probatur ⁊ suppono quod idem sit exparte rei hoc esse hominē ⁊ hoc esse sor. demonstrato sor. similiter qō idem sit ex parte rei hoc esse sor. ⁊ sor. isto stante sit sor. a longe ⁊ credas illu3 esse hominem non tamen credas illum esse sor. sic quod scias istam hoc est homo ⁊ dubitas istaz hoc est sor. ⁊ capio istas duas hoc est homo hoc est sor. quarum prima sit. a. ⁊ secunda. b. ⁊ significatum prime. c. ⁊ secūde. d. tunc arguitur sic tu scis. a. propositionem igitur tu scis adequatum significatū. a. propositionis sed adequatum significatum. a. est ipsum. c. igitur. c. est scitum a te nunc probo quod idem. c. est tibi dubium quia omne. d. est dubiu3 sed omne. c. est. d. igitur omne. c. est tibi dubium patet consequentia cum maiori quia. d. est significatū propositionis tibi dubie ⁊ minor probatur sic omne. d. est sor. ⁊ omne. c. est sor. igitur omne. c. est. d. patet consequentia cum minori per suppositum quia idem est ex parte rei hoc esse hominem ⁊ hoc esse sor. ⁊ maior etiam patet ex supposito quia idez est hoc esse hominem demonstrato sorte ⁊ sor. Et per idem potest probari quod li scio ⁊ dubito determinant in cōplexa quia iste sunt vere sor scitur ⁊. sor. dubitatur quod probatur quia hoc scitur demonstrato significato prime propositionis ⁊ hoc est sor. per suppositum igitur sor. scitur. Similiter hoc dubitatur demonstrato. d. ⁊ hoc est sor. igitur sor. dubitatur. ¶ Ultima arguitur probando quod li intelligo cadēs super in cōplexo confundit confuse tantum immobiliter quod est contra magistrum in septima regula suppositionum probatur quia in illa propositione intelligo animal li animal stat immobiliter igitur contra magistrum patet consequentia ⁊ antecedēs probatur quia non licet descendere quod probatur ⁊ pono quod in mente mea nullus remanserit conceptus singularis sed sit solum iste conceptus animal de quo considerem ⁊ sequitur quod ista copulatiua est vera intelligo animal ⁊ ista sunt omnia animalia ⁊

tamen iste descensus erit falsus scilicet ego intellig. hoc vel hoc vel hoc animal. quia ista secundum magistrum habet describi sic ego intelligo aliquid sub ratione qua hoc vel hoc vel hoc animal ⁊ sub conceptu tali consequens falsum ⁊ contra cauz ponentem quod nullus sit conceptus singlis in mente mea. ¶ Ad primum rñ. negando antecedens ⁊ cum probatur dicitur quod in ista ego intelligo aliquid sub ratione sortis li aliquid non appellat ⁊ sic non itur in infinitum indescribendo ⁊ ad regulaz que dicit quod omnis terminus sequens verbum concernens actum mentis appellat rationem ⁊ quod talis propositio est describenda dicitur quod ista regula non est absolute vera sed intelligitur supposito quod tali termino sequenti non superueniat alia limitatio exemplum dicendo intelligo hominem li hominé appellat sed dñdo intelligo hominem sub ratione seu sub cóceptu proprio sor. li hominem non appellat propter limitationem illam ⁊ propositio non est describenda Similiter est in propositio de ista ego intelligo aliquid sub ratione sortis ⁊ patet etiam solutio ad confirmationem. ¶ Ad secundum dicitur quod argumentum verbaliter concludit ⁊ dicitur quod ista ego intelligo populum describitur sic ego intelligo aliquid vel aliqua per istum conceptum populus ⁊ patet solutio. ¶ Ad tertium dicitur quod talis modus describendi est bonus si sane intelligatur ⁊ dicitur quod ibi non arguitur a descriptione ad descriptam quia describens istius ego scio. a. propositionē est ista ego scio adequatum significatum a propositionis quod scio mihi significari per. a. propositionem seu quod mihi significatur per. a. propositionē ⁊ tunc patet quod si sumatur isto modo ipsa erit falsa sicut descripta. ¶ Posset etiam aliter dici concedendo quod ego scio a propositionem ⁊ tu considera. ¶ Ad quartum admisso presupposito quod non omnibus appz verum est dicendum quod concludit nec est in consequens quod eadem res sciatur ⁊ dubitetur per diuersas propositiones vt dicit Petrus. Ad. ⁊ sic est in proposito. ¶ Et ad confirmationem cum probatur quod li scio determinat in complexum ⁊ cetera. quia ista est vera sor. scitur rñ. quod hoc non est contra dicta quia intelligebatur supra quod li scio non determinat post se in complexum ⁊ cetera. vnde licet congrue ⁊ vere dicatur sor. scitur aut sor. dubitatur non tamen congrue ⁊ vere dicitur scitur sor. aut dubitatur sor. ⁊ ratio est quia sensus prime cum ibi nulla sit appellatio est iste scilicet quod res ista que é sor. aut potest esse sor. aut si esset: esset sor. scitur. ⁊ hoc est verum quia scitur per illam sor. est sensus aūt secunde é quod talis res scitur per illum conceptum in complexum sor. propter appellationem ⁊ hoc est falsum ¶ Ad vltimum dicitur quod concludit ⁊ quod ista verba confundunt confuse tantum immobiliter licet magister hic dixerit oppositum. ¶ Posset etiam dici aliter ad hoc argumentum non tamen secundum communia dicta ⁊ possumus dicere quod li intelligo nullam habet vim confundendi ⁊ quod li animal stat determinate ⁊ qō si non licet descendere hoc non est ratione confusionis sed ratione appellationis. Et ista responsio est bona si bene considerabitur super ea ⁊ teneo illam. ¶ Sed hic sunt due petitiones prima an ista sit vera saraceni adorant deum viuum ⁊ verum ⁊ videtur quod sic quia ipsi adorant aliquid sub ratione dei viui ⁊ veri. Et videtur quod nō quia ipsi adorant mahumetez rñ. quod ista est falsa quia ad hoc quod ista sit vera saraceni adorant deum ⁊ cetera non sufficit qō adorent aliquid sub ratione dei viui ⁊ veri. ¶ Sed requiritur quod adorent rem que si esset: esset deus viuus ⁊ verus ⁊ adorent illam sub ratione dei ⁊ cetera. ⁊ ita intelligatur modus discribendi superius positus modo non sic est de illis quia adorāt mahumentem qui si esset non esset deus sed vnus homo sicut tu.

Secunda petitio an ista sit vera deus intelligit antichristum ⁊ videtur quod non quia non intelligit aliquid sub ratione ⁊ sub conceptu antichristi ex quo nullus habet in se ꝓcep

tum ⁊ ex alia parte apparet vera rñ. quod ipsa est vera ⁊ licet deus nullum habeat in se conceptum ipse tamen est sibi ipsi cõceptus. i. imago omnium rerum ⁊ per se ipsuz omnia intelligit.

¶ Capituluz de li necessario ⁊ pingẽter

Ex predictis patet ⁊c. In hoc capitulo faciam tria. primo videbo aliqua circa textum. Secundo arguam contra magistrum. ¶ Tertio ponam petitiones. ¶ Quantum ad primuz pro habenda recta expositione de li necessario quando sumitur aduerbialiter ⁊ in su cõposito est sciendũ quod li necessario semper ponitur cum propositione ⁊ non cum oratione infinitiua sicut li necessarium vt necessario homo est animal talis autez propositio habet exponi per preiacentem ⁊ vnam negatiuam de li potest impersonaliter sumpto in qua li potest cadat super dicto propositionis que contradicit illi super qua cadebat li necessario exemplum ista necessario animal est substantia sic probatur animal est substantia ⁊ non potest esse quin animal. i. quod non animal seu nullum animal sit substantia igitur necessario animal est substantia vbi patet quod li potest cadit super hoc dicto scilicet quod non animal sit substantia quod est dictum huius nullum animal est substantia que est contradictoria illius animal est substantia super qua cadebat li necessario. ¶ Sed ad inueniendum bene istam secundam exponentem considera si li necessario cadit super propositione de presenti aut de preterito aut de futuro si primum sume secundam exponentem de verbo potest de presenti ⁊ fac quod cadat super dicto propositionis de presenti si secundum sume illam de preterito ⁊ fac quod cadat super dicto de preterito si tertium sume de futuro ⁊ cadat super dicto de futuro exemplum primi necessario celum est expone sic celum est. ⁊ non potest esse quin celum sit idest quod non celum seu nullum celum sit igitur ⁊ cetera vel sic ⁊ non potest esse nullum celum esse. exemplum secundi necessario ens fuit deus expone sic ens fuit deus ⁊ non potuit esse quod nullum ens fuerit deus vel ⁊ non potuit esse nullum ens fuisse deum igitur ⁊ cetera. exemplum tertij necessario animal erit substantia. expone sic. animal erit substantia ⁊ non poterit esse quod nullum animal erit substantia vel ⁊ non poterit esse nullum animal fore substanti igitur an ⁊ cetera Simili modo exponatur ista necessario animal est futurum substantia.

¶ Secundo nota quod termini communes non distributi in propositione de li necessario stant confuse tantum immobiliter ⁊ distributi confuse distributiue immobiliter exmplum primi necessario homo est animal. exemplum secundi necessario omnis homo est omne risibile. in secunda autem exponente istius necessario homo est animal que erit ista scilicet non potest esse quin homo sit animal stant illi termini iterum confuse tantum immobiliter cuius ratio est quia ibi sunt tria signa quorum vnum scilicet li potest tollit descensum ⁊ alia duo negatiua quorum vnum est in li quin impediunt distributionem ⁊ ita stabunt termini confuse tantum immobiliter. ¶ Sed tu dices quid de expositione propositionis de li contingenter rñ. qõ est dicendum omnino sicut de li necessario duobus exceptis primum est quia propositio talis exponitur per secundam affirmatiuam exemplum contingenter animal disputauit sic exponitur animal disputauit ⁊ potuit esse quod nullum animal disputauerit seu nullum animal disputauisse igitur ⁊ cetera. ¶ Secundum est quia in secunda exponente de li contingent sicut in ista potest esse quod nullum animal disputauerit stat terminus confuse distributiue immobiliter propter duo signa quoruz vnuz dat distributionem scilicet li nullum ⁊ aliud tollit descensum scilicet li potest.

¶ Quantum ad secundum arguitur contra istos modos exponendi ⁊ primo sic ista propositio est vera necessario ens est deus ⁊ exponentes sunt false. igitur non sunt bone patet consequentia cum maiori ⁊ minor probatur quia secunda exponens est falsa scilicet non potest esse quod ens non sit deus quod probo quia eius oppositum é ve

rum scilicet potest esse quod ens non sit deus. est enim vna modalis de sensu composito habens sic officiari hec propositio est populis ens non est deus que significat adequate quod ⁊ cetera. igitur ⁊ cetera modo patet quod officians est vera quia ista propositio ens non est deus non solum est populis sed vera quia hoc non est deus te demonstrato. ⁊ hoc est ens igitur ens non est deus. ¶ Secundo arguitur sic ista est falsa contingenter tu es vel tu non es dato quod li contingenter cadat super tota disiunctiua ⁊ tamen exponentes eius sunt vere igitur talis expositio mala patet consequentia cum maiori quia necessario tu es vel tu non es ⁊ minor probatur quia ista est vera tu es vel tu non es ⁊ similiter ista potest esse quod tu sis vel tu non sis vt patet. ¶ Tertio arguitur quod exponentes de li contingenter non sunt bone sic ab omni exposita ad exponentes debet valere cõsequentia de forma sed ab ista contingenter homo est albus ad exponentes datas non valet consequentia de forma igitur ille non sunt bone patet consequentia cum maiori ⁊ minor probatur quia li animal in exposita stat confuse tantum immobiliter ⁊ in secũda exponente distributiue. modo a termino stante confuse tantuz ad stantẽ distributiue nõ valet ꝓ̃a de forma vt pz. ¶ Ad primum conceditur quod ista ẽ vera necessario ens est deus ⁊ negatur quod secunda exponens sit falsa. ⁊ cum probatur quod ista est falsa non potest esse quod ens nõ sit deus conceditur ſz dicitur quod ista non est sua exponens sed ista non potest esse quod non ens sit deus seu quod nullum ens sit deus vbi ista negatio precedat li ens ⁊ cadat super dicto propositionis contradictorie vt diximus supra ⁊ sic patet quod secunda exponens non erit falsa. ¶ Ad secundum conceditur quod ista est falsa contingenter tu es vel tu non es ⁊ negatur quod exponentes sint vere immo dicitur quod secunda ẽ falsa ⁊ dicitur quod ista non est sua exponens sed ista potest esse quod tu non sis ⁊ tu sis que est falsa vt patet ratio autem huius est quia cuz li necessario caderet super disiunctiua cuius prima pars erat affirmatiua ⁊ secunda negatiua ⁊ li potest in secunda exponente debeat cadere super dicto propositionis contradictorie oportet quod cadat sup dicto vnius copulatiue cuius prima pars sit negatiua ⁊ secunda affirmatiua ⁊ hoc quia disiunctiua ⁊ copulatiua de partibus oppositis sunt contradictorie vt patet in logica. ¶ Ad tertium dicitur pro nunc quod ista consequentia est bona de forma ⁊ cum dicitur quod a termino stante confuse tantũ ad eundem stantem distributiue non valet consequentia de forma dicitur quod si valet de tali forma cum quo tamen stat quod secundum aliam formam valeat ⁊ sic est in proposito quia talis consequentia contingenter homo est albus igitur potest esse quod non homo sit albus est bona de tali forma scilicet ab exposita ad exponentem quia quelibet talis valet ⁊ non est bona de tali forma a termino stante confuse tñ ad stãte distributiue ⁊ hoc probat arm. ¶ Quantum ad tertium sunt tres petitiones. prima an ista sit possibilis contingenter si tu es homo tu sedes rñ. quod omnis propositio in qua li contingenter cadit super conditionali est impossibilis ⁊ sic data propositio fuit impossibilis ratio autem huius est quia omnis conditionalis est necessaria aut impossibilis ⁊ nulla est contingens vt poteris considerare Secunda petitio est ista an propositiones de li contingenter ⁊ de li necessario in sensu cõposito semper repugnent rñ. quod sic vnde iste ⁊ consimiles repugnant contingenter antichristus erit ⁊ necessario antichristus erit cuius ratio est quia exponuntur semper per propositiones contradictorias vt patet in secunda exponente. ¶ Ex quo sequitur quod ista propositio implicat contradictionem necessario contingenter antichristus erit vt patet. ¶ Tertia petitio quid est dicendum de istis aduerbijs vere false possibiliter ⁊ impossibiliter rñ. quod li vere ⁊ li false possunt officiari secundum quod dicit via communis de li verum ⁊ de li falsum propositio autem de li possibiliter vt ista possibiliter tu es potest sic probari tu es ⁊ potest esse quod tu sis igitur ⁊

cetera. ⁊ forte sufficit tibi sola prima quia si iam es potest esse quod sis. Sed propositio de li impossibiliter non oportet quod probetur quia quelibet talis implicat contradictionez vt impossibiliter chymera est ⁊ hoc supposito quod illa sit affirmatiua. ¶ Quarta petitio quare magister preposuit capitulum de officiabilibus huic capitulo ñi. quod hoc est ex eo quod iste propositiones de li necessario aut contingenter exponuntur per vnam de sensu composito de li potest que habet officiari ⁊ sic presupponit capitulum de officiabilibus.

¶ Capitulum de gradibus comparatiõis.

IAm gradus ⁊ cetera. In hoc capitulo sunt quattuor videnda primum quomodo confundunt gradus comparationis. ¶ Secundum quomodo exponantur. ¶ Tertio est arguendum contra modum exponendi Quarto ponentur petitiones. ¶ Quantum ad primum dicitur quod li ita sicut ⁊ gradus cõparatius ⁊ superlatiuus secundum magistrum ⁊ secundum. p. ℳ. confundunt confuse distributiue non absolute sed pro his inquibus cadit comparatiuo exemplum si dicam nix est ita alba aut albior homine li homine non stat absolute pro omnibus hominibus sed pro his inquibus cadit comparatio scilicet pro albis sic quod est sensus nix est albior homine albo ⁊ debet sub li homine descendit cum isto debito medio scilicet ⁊ isti sunt omnes homines albi aliter ista propositio eẽt falsa vt patet descẽdendo ad ⁊ hypopem que tamen apud omnes conceditur. ¶ Quantum ad secundum ponitur ista distinctio quod propositio de gradu positiuo aut comparatiuo ⁊ superlatiuo aut est affirmatiua aut negatiua si negatiua probatur per suam affirmatiuam sicut patet de ista non tu es ita albꝰ sicut nix. si vero sit affirmatiua hoc triplicter quia vel ipsa est de presenti aut preterito aut futuro. Si primum expone illaz per tres sicut dicit magister exemplum nix est albior homine dicas sic nix ẽ alba ⁊ homo albus est albus. ⁊ non homo albus est ita albus sicut nix. igitur ⁊ cetera. Si vero sit de preterito hoc dupliciter quia vel talis propositio est de simplici comparatione sicut ista tu fuisti albior soꝛ. aut de duplici sicut ista tu fuisti albior quam fuerit soꝛ. Si primum non debes eam immediate exponere sed debes eam reducere ad certum tẽpus vel. o. ⁊ deinde probare per regulas magistri. exempluz ista tu fuisti albior soꝛ. sic probatur in a. o. vel in b. o. vel tempore tu fuisti albior soꝛ. igit̃ tu fuisti albior soꝛ. ista consequentia est bona ⁊ antecedens est verum igitur ⁊ consequens ⁊ deinde id antecedens probatur sic in a. o. tu fuisti albus ⁊ in eodem a. o. soꝛ. fuit albus ⁊ non in eodem a. soꝛ. fuit ita albus sicut tu igitur ⁊ cetera. Si autem propositiõ talis sit de duplici comparatione immediate exponitur ⁊ non oportet istam inferre ex alia reducendo ad. o. vt patet a Paulo in quarta conclusione huius capituli ⁊ capituli sequentis exempluz ista tu fuisti albior quã fuit plato ⁊ consimiles siue de gradu positiuo siue comparatiuo immediate exponitur sic tu fuisti albus ⁊ plato fuit albus ⁊ non plato fuit ita albus sicut tu igitur ⁊ cetera. Si autem propositio sit de futuro distingue similiter quia vel est de simplici cõparatione aut de duplici ⁊ dicas sicut de illa de preterito ⁊ ista sunt de intentione magistri hic ⁊ in secundo dubio argumento vigesimo q̃rto. ⁊ est ista distinctio vtilis istis tribus capitulis de gradibus comparationis. ¶ Quantum ad tertium arguitur contra modos exponendi ⁊ primo contra modum positiui quia ista consequentia nõ valet tu es albus ⁊ homo albus est albus. ⁊ non homo albus est albior te igitur tu es ita albus sicut homo. igitur exponẽtes iste non sunt bone patet consequentia ⁊ antecedens probatur quia vbi tu solus eẽ albus esset antecedens verum vt patet ⁊ consequens falsum quod probatur quia ex isto consequente ratione comparationis videtur sequi quod aliquis homo alꝰ a te sit albus quod est falsum in casu. ¶ Secundo arguitur contra expositionem comparatiui sic ista consequentia non valet. a. est magnum demonstrato vno infinito. ⁊ soꝛ. est

magnus ⁊ non sor. est ita aut tante magn⁹ sicut. a. igitur. a. est maius sor. igitur exponentes ꝓ pauli non sunt bone patet consequentia ⁊ antecedens probatur quia antecedens est verum dato quod. a. sit vnum infinitum vt patet ⁊ consequens falsum quod probatur dupliciter. primo quia inter infinitum ⁊ finitum nulla est comparatio. Secundo quia ex isto consequente sequitur falsum sequitur enim. a. est maius sor. igitur sor. est minor. a. ⁊ vltra sor. est minor. a. igitur tam sor. quam. a. est paruum ⁊ sic sequitur quod infinitum est paruum quod est falsuz. ¶ Sed forte dicitur adhoc quod non valet ista prima consequentia scilicet. a. est maius sor. igitur sor. est minor. a. Contra si. a. est maius sor. igitur ab. a. ad sor. ē proportio maioris iequalitatis sz proportio maioris ineqlitatis ē maioris ad min⁹ igit sor. ē minor. a. Alij forte negarēt secūdā ꝗ sequentiā scilicet sor. est minor a. igitur tam sor. quam. a. est paruum sed ista vt patet tenet a comparatiuo ad positiuum. ¶ Tertio contra idem arguitur sic ille modus exponendi non est bonus qui vltimate non reducitur ad immediata ⁊ ad resoluentes sed iste est huiusmodi igitur ñ est bonus patet consequentia cum maiori ⁊ minor probatur quia hic fit circulus in probationibus quia comparatiuus probatur per positiuum ⁊ positiuus per comparatiuum ⁊ sic ibitur in infinitum.

¶ Quarto arguitur contra exponentes superlatiui quia non sequitur sor. est fortis ⁊ isti sunt fortes. ⁊ non aliquis istorum est fortior sor. igitur sor. est fortissimus istorum igitur exponentes magistri sunt male patet consequentia ⁊ antecedens probatur quia posito quod per li isti demonstrentur Plato ⁊ Cicero quorum quilibet sit minus fortis quam sor. est antecedens verū vt patet ⁊ consequens falsum quod probo quia ex ista sor. est fortissimus istorum ratione superlationis sequitur qō sor. sit vnus de illis duobus quod est falsuz vt patet igitur ipsa est falsa. ¶ Quinto arguitur quia videtur quod quarta cōclusio magistri sit falsa scilicet aliquod est max^m istoꝝ qō ñ ē max^m istoꝝ. vel li qō refert li ens iclusum ili aliquod aut li maximū aut li istorū: Si tertium sequitur quod ibi est mala latinitas si primum sequitur quod li quod est resolubile in. ⁊. ⁊ ille illa illud per regulam de relatiuo ⁊ sic ꝓpositio est falsa quia equualet huic scilicet aliquod ens est maximum istorum ⁊ illud ens quod est maximum istorum non est maximum istorum quod est impossibile. ¶ Si dicitur secundum sequitur idem quia etiam illud relatiuum quod debet resolui ex quo nullum est impedimentum.

AD primum negatur quod ille exponentes non sint bone ⁊ cum dicitur quod illa consequentia non valet quia antecedens est verum ⁊ consequens falsuz negatur ⁊ dicitur quod dato quod tu solus sis albus ista est vera tu es ita albus sicut homo quod potest probari per dicta magistri quia tu es ita albus sicut tu: ⁊ tu es omnis homo albus igitur tu es albus sicut homo nec ex isto sequitur quod homo alius a te sit albus sicut dicebatur in argumento. ¶ Ad secundum dicitur quod concludit ⁊ quod vltra exponentes Pauli oz ponere quartam exponentem: ita quod ista ⁊ consimiles. a. est maius sor. sic probatur. a. est magnum ⁊ sor. est magnus ⁊ tam. a. quam sor. sunt finite magni ⁊ non sor. est ita magnus sicut. a. igitur. a. est maius sor. ⁊ sic patet quod sicut consequens erit falsum ita ⁊ antecedens pro patet consequentia parte.

¶ Ad tertiuz tu responde. ¶ Ad quartū dicitur quod concludit ⁊ dicitur quod ista sor. est fortissimus istorum sic habet exponi sor. est aliquis istorum ⁊ est finite fortis ⁊ isti sunt finite fortes. ⁊ nullus istorum nō sor. est ita fortis sicut sor. vel nullus istorum non sor. est fortior sor. igitur ⁊ cetera ¶ Ad vltimum dicitur quod ista conclusio mihi videtur falsa sicut etiam dicit Petrus. M. ⁊ argumentum probat. scias tamen quod intellectus magistri fuit bonus ⁊ iudicio meo est iste vt patet per suas exponentes scilicet quod aliquid vt ipsum. a. sicut ipse dicit est maximū inter eos quoꝝ nullū ē maximū illoꝝ triuz ⁊ iste sensus ē verus. ¶ Quantū ad quartū restant peti

tiones prima an iste stēt simul tu fuisti maior sorte ⁊ tu fuisti minor sor. respō. quod sic quia posito quod heri fueris maior sor. ⁊ pridie heri minor iste cēnt vere vt patet qr non habent immediate exponi sed reduci ad. o. sic heri in. a. o. vel tempore tu fuisti maior sor. igitur tu fuisti maior sor. deinde probatur antecedens exponibiliter sic heri in. a. o. vel tempore tu fuisti finite mag⁹. ⁊ in eodem a sor. fuit finite mag⁹. ⁊ non in eodem. o. sor. fuit ita magnus sicut tu igitur ⁊ cetera. Et ita dicatur de ista tu fuisti minor sor.

Secūda petitio an ista sit possibilis sor. ē albior homine respondetur de intentione magistri ⁊ ℙ. ℳ. ātuani ⁊ clientonis ⁊ aliorum quod non qr gradus comparatiuus distribuit li homo pro omnibus hominibus albis ⁊ ex consequente pro sor.

Qd de generaliter omnis propositio affirmatiua de cōparatiuo habens primum terminuz comparationis conuertibilem aut inferius ad secūdum terminum comparationis distributum est impossibilis sicut patet de istis homo aut risibile est albior homine ⁊ sor. est albior homine.

¶ si tu diceres dicendo sor. est albior homine li homine distribuitur pro oibus hominibus albis alijs a sor. ⁊ a primo termino comparationis ⁊ sic propositio ista est possibilis. respondetur quod secundum dicta ⁊ secunduz istos doctores hoc non est veruz immo gradus comparatiuus distribuit terminum a se rectum etiam pro primo extremo aut pro significato primi extremi comparationis.

¶ Tertia petitio an sicut ista est impossibiles sor. est albior homine ita ⁊ ista sor. est albissimus hominum rñ. quod non quia gradus superlatiu⁹ non distribuit pro primo termino comparationis sicut comparatiuus vt patet exponentibus. ¶ Quarta petitio an valeat ista consequentia ego suz ita albus sicut tu igitur tu es ita albus sicut ego. rñ. quod non. vnde generaliter res magis talis puta alba vel nigra comparata rei que est minus talis est ita aut tante talis sicut illa ⁊ non econuerso volo dicere quod res que est alba vt octo gratia exempli est ita aut tante alba sicut ista que est vt duo ⁊ non econuerso quia li ita aut tante non dicunt precisionē.

Quinta petitio est ista an sequatur tu eris maior sor. igitur tu eris maior quam eris sor. respondetur quod non quia antecedens est simplicis comparationis ⁊ reducitur ad. o. antequam exponatur ⁊ consequens est de duplici ⁊ non sic reducitur. ⁊ ita stat oppositum consequentis cum antecedente in casu facto in prima petitione vt patet nec etiam valet econuerso vt patet quia posito quod nunquā eris simul cum sor. ⁊ eris pedalis ⁊ sor. continue semipedalis est antecedens verum vt patet per exponentes ⁊ consequens falsum quia ex illo sequitur quod tu eris simul cum sor. vt patet reducendo ad. o. quod esset falsum in casu. secundum tamen Petrum. ℳ. habemus dicere istam consequentiam valere quia ipse non ponit differentiam inter propositionem de duplici ⁊ de simplici comparatione sed hoc licet sit verum non est secundum dicta cōmunia.

¶ Capitulum de li differt.

Differt aliud ⁊ cetera. In hoc capitulo videbuntur tria primo modus exponendi. ¶ Secundo arguetur contra. Tertio erunt petitiones.

¶ Quantuz ad primuz dicitur quod propositio de li differt aut est affirmatiua aut negatiua si negatiua probatur per affirmatiuaz vt patet si affirmatiua aut de presenti aut de futuro aut de preterito si de presenti expone illam per tres vt dicit Paulus exemplum tu differs ab asino expone sic tu es ⁊ asinus est ⁊ tu non es asinus igitur ⁊ cetera, si sit de futuro non debes eam immediate exponere sed reducere ad certum. o. vel tempus secundum magistrum argumento. xxij. primi dubij exemplum si vis probare istam tu differres ab asino dicas sic in. a. o. vel tempore tu differres ab asino igitur tu differres ab asino

& facta tali illatione proba antecedens sic in.a.o. tu eris & in.a.o.erit asinus & non in .a.o. tu eris asin⁹ igitur &c. Et similiter de preterito dicat & nisi fiat talis reductio non esset bona ,pbatio sicut etiam dictum é de gradu comparatiuo & eét falsa ista propositio tu differres ab asino que tamen secūdū coém viam concedit qō aūt eét falsa patet qr tu non differres ab asino q erit post mille ános ex quo non eris secū. ¶Quantū ad secūdū arguit contra modū exponendi posituz hic a magistro qr si talis mod⁹ eét bon⁹ sequit qō valeret ista consequentia de forma tu eris & sor.erit quādo tu eris & tu ñ eris sor.igit tu differres a sor. sed ista non valet igit talis mod⁹ é mal⁹ consequentia patet cū maiori & minor ,pbat multipliciter & primo sic a termino stante ampliatiue ad eūdem stātem appellatiue & econuerso nō valet consequentia de forma sed hic arguit a termino stāte ampliatiue &c.igit patet consequentia cū maiori & minor ,pbat qr li sor.in exponēte stat ampliatiue vt patet & in exposita appellat tempus futuruz. ¶Secūdo ,pbat illa minor sic istius consequentie antecedens é vex & consequēs falsum igit ipsa non valet patet consequētia & antecedēs probat & pono secūdū intētionem Petri.m. vel saltem ad imaginationem qō.a.anima sit separata a corpore.b. & stabit sic per annum & in fine vnietur hec anima corpori ex qbus resultabit sor. & pono quod tu eris solū per medietatem istiⁿ āni tūc patet antecedens eé vex pro prima & tertia parte & secūda probat qr iste binarius ex.a.anima & .b.corpore erit quādo tu eris qr imediate huius āni & iste binariⁿ é vel erit sor.qr erit sor.in fine āni igitur sor. erit quando tu eris q d autem consequens principale sit falsum probat qr per regulā dictaz in appellatione temporis ista tu differres a sor.significat quod tu differres ab eo quod erit sor. pro tempore pro quo differres ab eo quod é falsum Et confirmatur quod ille mod⁹ exponendi non sit bon⁹ & pono quod tu non eris adequate cum antichristo sed eritis in eodem centenario ánorum tūc patet istam esse falsam tu differres ab antichristo & tamé ista sunt vera tu eris & antichristus erit quando tu eris quia in tēpore in quo tu eris puta in cētenario isto & tu non eris antichristus vt patet. ¶Secundo principaliter contra illum modum exponendi arguitur sic ex illis exponētibⁿ sequitur q d tempus erit sed tempus fore est impossibile igitur ille exponentes sunt male patet consequentia cum maiori & minor probatur quia da tu oppositū. s. quod tempus erit puta hora futura que vocetur .a. & arguitur quod non erit quia medietas prima.a.hore non erit igitur.a.hora ñ erit patet consequentia & antecedēs probatur qr da tu oppositum.s.q d prima medietas. a.hore erit & appellatur.b. & secūda.c. & arguitur quod ista sit falsa .b. medietas erit quia ista habet sic probari hoc erit. & hoc é vel erit.b.medietas.igit. b. medietas erit vbi patet q d secūda resoluēs é falsa quod probo quia.nondum est medietas vt patet cum nondū sit nec erit medietas.quod probo quia vel.b.erit medietas quādo.c. erit aut quando.c.non erit.non primuz qr quādo.b.erit.c.non erit ex quo successiuo repugnat habere partes simul.nec etiam quando.c.non erit quia.b.tūc non erit medietas quia.nihil erit medietas nisi dum erit cum alia medietate sui totius. Sed quando.c. non erit.b.non erit cum alia medietate sui totius igitur.b.tūc non erit medietas & sic patet q d partes successiui non erūt & ex cōsequenti quod successiuū vt tempus & motus non erunt quod fuit probandū. ¶Ad primum dicitur quod argumentum bene probat & dicitur de intentione magistri loco supra allegato quod talis propositio debet prius reduci ad.o. & deinde probari si autem non velis illam sic reducere & velis tenere modum positum hic in logica parua dic quod ista & consimiles tu differres a sor.sic debet exponi tu eris & erit sor. adequate quando tu eris & tu non eris sor. sic quod li sor.in secunda exponente appellet sicut in exposita & tunc cesiāt argumentum primum cum suis confirmationibus quia dicitur quod minores in illis confirmationibus erunt false si sic summantur vt patet ex casu. ¶Ad secundum principale conceditur quod successiuuz erit & quod.a. ho

ra futura erit ⁊ cum arguitur b. medietas non erit igitur. a hora futura non erit bene respondendo negaretur consequētia vt negat Paulus. M. tamen pro nūc negatur antecedēs ⁊ dicitur quod. b. medietas erit ⁊ dicitur quod ista ē vera. b. erit medietas ⁊ cum dicitur aut quando. c. erit aut quando. c. non erit dicitur quod quando. c. erit quia. b. erit medietas in. a. hora in qua etiam. c. erit ideo erit medietas quādo. c. erit ⁊ cuz dicitur quod successiuo repugnat habere partes simul dicitur quod verum est si li simul dicat adequationem ⁊ sin autem non repugnat sicut est in proposito. vnde licet. b. erit quādo. c. erit non tamen. b. erit adequate cum. c. ¶ Quantum ad tertuz sit pria petitio quomodo stat li asino in ista tu differres ab asino: rñ. secundum. p. M. capitulo. ppzio quod li asino stat distributiue absolute pro omnibus asinis futuris. ⁊ sic propositio est falsa secundum ipsuz qz tu nō differres ab asino qui erit post te Sz secundum magistruz dicitur quod li asino stat distributiue non pro omnibus asinis futuris sed pro his qui in certo tempore erunt tecum quia ista habet reduci ad. o. ⁊ sic propositio est vera ⁊ ita precise dicendū est superius de comparatiuo Sed tu dices Petrus. M. cōcedit istam in capitulo appellationuz vt patet. ¶ Rñ. quod ipse ibi non loquebatur de intentione propria vel si sic sibi contradiciit Secūda petitio an istestent simul tu differres ab albo ⁊ tu eris albus. rñ. quod secundum modum exponendi positum in principio ille stant simul qz stat quod in certo tempore puta cras tu differres ab albo ⁊ tamen post cras eris alb⁹ sicut etiam iste stabant simul tu eris maior soz. ⁊ tu eris minor soz. Sed exponendo li differres secundum modum posituz a magistro hic in logica parua aum secundum opinionem. P. M. ille repugnant vt patet. ¶ Tertia petitio an ista sit vera populus est differres ab asino. rñ. quod li differres potest teneri participialiter ⁊ nominaliter Si primum propositio est vera sicut ista cui equium scilicet populus differt ab asino si secundum dicitur quod illa est falsa quia significaret quod populus esset aliqua res que differret ab asino quod est falsum quia populus non est vna res vt pz.

¶ Capitulum de exclusiuis.

Exclusiuarum ⁊c. In isto capitulo tria faciam primo ponam vnū notabile. Secundo arguam contra magistrū. tertio poná petiones. ¶ Quātum ad primum est sciendu3 quod iste sunt dictiones exclusiue scilicet tantuz solus tātum modo solum solūmodo ⁊ precise. Sed li tantuz ⁊ li solus tenentur dupliciter vno modo adiectiue ⁊ tunc sunt nomina cathegorematica non facientia propositionem exclusiuam ⁊ non habentia vim confundēdi exemplum vnius tu vides tantum spacium quantum soz. exemplum alterius solus soz. currit ⁊ est sensus quod soz. qui est solus currit. ¶ Alio modo tenentur ille dictiones exclusiue ⁊ sic sunt termini simcatheg oz ematici habentes viz confundendi precise per contrarium quam signum vniuersale scilicet subiectum confuse tantum mobiliter ⁊ predicatum confuse distributiue mobiliter ⁊ faciunt propositionem exponibilem vt tantuz homo currit ⁊ solus soz. currit ⁊ exponūtur vt dicit magister sic homo currit ⁊ nihil nō homo currit igitur ⁊c. ¶ Quantum ad secundum arguitur contra modum exponendi datum a magistro ⁊ primo sic ista consequentia non valet populus est aggregatum ⁊ nihil nō populus est aggregatum. igitur tantum populus ē aggregatum. ⁊ tamen hic arguitur secundum modum magistri igitur talis modus est malus. patet consequentia cum minori ⁊ maior probatur quia consequens est falsum vt patet ex quo cumulus granorū est aggregatum ⁊ non est populus ⁊ antecedens est verum pro prima parte scilicet populus est aggregatum ⁊ secunda probatur scilicet nihil non populus est aggregatum. quia da tu oppositum scilicet aliquid non populus est aggregatū ⁊ patet qō hoc est falsum quia tunc vnum esset multa entia disiunctiua quod est falsum. ¶ Pro solutione huius argumenti nota quod in exponendo propositionem exclusiuam affirmatiuam primi ordinis vbi non est nega,

tio potest esse error ideo distingue sic aut no
ta exclusionis cadit super termino impor/
tante numerum aut non. si primum proba
tur per notam pluralitatis exemplum tan
tum tres homines currunt expone sic tres
homines currunt ⁊ non plura quam tres
homines currunt igitur ⁊c. Si secundum
hoc dupliciter quia vl' nota cadit super ter
mino qui potest stare pro re vna. aut non.
Si secundum expone per negatiuaz in nu
mero plurali. exemplum tantum populus
est aggregatum expone sic. populus est ag
gregatuz. ⁊ nulla non populus sunt aggre
gatū igitur ⁊c. ¶ Similiter dicatur de ista
tantum domus aut exercitus est aggrega/
tum. si autem sit primuz tunc expone vt di
cit magister in textu. Isto stante patet solu
tio ad argumentuz dicitur enim quod non
valet consequentia illa. quia secunda expo
nens non bene sumitur sed debet sic sumi
nulla non populus sunt aggregatum que
est falsa vt patet quia duo homines de po/
pulo qui non sunt populus sunt aggrega/
tum. ¶ Quantum ad tertium sit prima
petitio an ista sit populus tantuz homo est.
⁊ forte appet quod sic. Sed arguitur quod
non quia ex illa sequitur cōtradictio quia
sequitur tantum homo est igitur nihil non
homo est ⁊ sequitur tantum homo est igi/
tur homo est ⁊ vltra igitur anima est ⁊ sic
aliquid non homo est ⁊ sic sequitur quod
nihil non homo est ⁊ aliquid non homo ē.
¶ Rñ. ponendo tres regulas pria omnis
exclusiua de secundo adiacente primi ordi
nis in qua nulla est negatio cuius subie/
ctum est terminus discretus significans rē
diuisibilem implicat contradictionem pa/
tet de istis tantum sor. est. tantum brunel/
lus est. tantum. a. materia est aut fuit. ⁊ tan
tum. b. albedo erit. quia ex istis sequitur
quod partes eorum sunt vel erunt que non
sunt illud totum. ¶ Secunda regula om
nis talis exclusiua cuius subiectum est ter
minus communis significans solum res
compositas ex partibus essentialibus seu
ex materia ⁊ forma implicat contradictio/
nem patet de istis tantuz homo est. tantuz
asinus est ⁊ cetera. ¶ Tertia regula omnis
talis exclusiua cuius subiectum est termi
nus communis mere substantialis ⁊ signi
ficat rez non compositaz ex materia ⁊ for/
ma est possibilis patet de istis tantum al/
bedo est. tantum color est. quarum nulla
implicat contradictionem. ¶ Secunda pe
titio an ista sit possibilis tantum sor. est al/
bus. rñ. quod si sor. sit albus ista non solū
est possibilis sed vera quia ista tantuz sor.
est albus significat quod tantum sor. est
sor. albus. cuius ratio est quia cum illo ad
iectiuo albus debet sub intelligi aliquod
substantiuum vt patet supra ⁊ nulluz con
uenientius ponitur quam illud quod est a
parte subiecti vnde iste sunt simul vere tā
tum homo est coloratus ⁊ tantum asinus
est coloratus quia prima subordinatur hu
ic tantum homo est homo coloratus. ⁊ se/
cunda huic tantum asinus est asinus colo
ratus nō tamen debemus concedere istas
tantum homo est coloratum ⁊ tantum asi/
nus est coloratum quia li coloratum non
est adiectiuum sed substantiuum: ⁊ signi
ficat quod tantum homo est res colorata
quod est falsuz. ¶ Et si dicit quomodo ex
ponitur ista ⁊ consimiles tantum sor. est al
bus dicitur quod sic exponitur sor. est al/
bus ⁊ nihil non sor. est sor. albus igitur ⁊
cetera cuius exponentes sunt vere ⁊ hoc ē
de intentione Paulus. ad. ⁊ magistri in
quinto argumento primi dubij. ¶ Tertia
petitio an posito quod de hominibus cur/
rant tres ⁊ de asinis tres ista sit vera tan/
tum tres homines currūt ⁊ apparet quod
sic quia non plures quam tres currunt.
¶ Sed arguitur quod sit falsa quia sequi
tur tantū tres homines currunt igitur tan
tū tria animalia currunt patet consequen
tia ab inferiori ad suum superius a parte
subiecti addita dictione exclusiua subiectis
⁊ consequens falsum igitur ⁊ antecedens:
rñ. quod secunda exponens istius tantum
tres homines currunt potest dupliciter su
mi scilicet improprie ⁊ proprie si primum
tūc in illa debet poni li plures quod sit ad
iectiuum de li homines ⁊ sic propositio est
vera. quia tres homines currunt ⁊ non
plures homines quam tres currunt. Si

